Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35165
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



nullius necessitatis ratione cogente Iugales vero
mutuis tenentur ex debito voluntatibus obedire
et in nullo seipsos ad invicem denegare preterea
quantumque iugalis crescit honoris et sui coniugalis ama-
cium more fruatur amplexu cum neutrius possit
probitas augmentari et nichil amplius videatur
hiis nisi quod primus filio mater tenebat Sed et alia
istud ratione asserimus quia preceptum tradit amoris
quod nulla femina coniugata regis amoris potest
primo coronari nisi ex coniugii federa ipsius
amoris milicie cernatur adiuncta Alia autem regula
docet amoris nullum posse duorum sauciari amore
Merito ergo inter coniugatos amor non potuit sua
iura cognoscere Et alia quidem ratio eis obstare
videtur quia vera zelotipia inter eos invenira
non potest ipsius amoris norma testante quod dicit
Qui non zelat amare non potest hoc igitur nostrum
iudicium cum nimia moderatione probatum et aliarum
quam plurimum dominarum consilio roboratum vobis sit
pro constanti ac indubi veritate

Sequitur Dyalogus Alius

Si nobilior a nobiliori petit amari
hanc primo debet prenotare doctrinam ut
dulcia et suavia verba proponat et precaveat ne
aliquid proferat quod digna reprehensione cernantur
in verbi prolatione Nobilior enim mulier provi-
dissima reperitur et audax Nobilioris hominis